San Pablo de Biurgos

1659

# ACTA CAPITVLI

PROVINCIALIS, PROVINCIÆ HISpaniæ, Ordinis Prædicatorum, celebrati in Conuentu S. Ildephonſi Regalis Taurenſis, Dominica *Deus qui errantibus*: Die 4. Maij. Anno Dñi. 1659.

*SVB R. A. P. N. F. FRANCISCO DE Aragon Magiſtro Primariæ cathedræ Theologiæ in Vniuerſitate Salmantina, Moderatore iubilato, & Prædicatore Regio, Vicario Generali, & Prouinciali electo eiuſdem Prouinciæ.*

*ANNO DNI.*  *M.DC.LIX.*

Sulmanticæ. Apud Ioſephum Gomez de los Cubos.

# ACTA CAPITVLI

PROVINCIALIS, PROVINCIÆ HISpaniæ, Ordinis Prædicatorum, celebrati in Conuentu S. Ildephonſi Regalis Taurenſis, Dominica *Deus qui errantibus*: Die 4. Maij. Anno Dñi. 1659.

SVB R. A. P. N. F. *FRANCISCO DE Aragon Magiſtro Primariæ cathedræ Theologiæ in Vniuerſitate Salmantina, Moderatore iubilato, & Prædicatore Regio, Vicario Generali, & Prouinciali electo eiuſdem Prouinciæ.*

ANNO DNI.



M.DC.LIX.

Salmanticæ. Apud Ioſephum Gomez de los Cubos.

# HAEC SVNT ACTA

CAPITVLI PROVINCIALIS, PROVINciæ Hiſpaniæ Ordinis Prædicatorum celebrati, in Conuentu S. Ildephonſi Regalis Taurenſis, Dominica *Deus qui errantibus*, die quarta Maij. Anno Domini *1659.* ſub R. A. P. N. F. Franciſco de Aragó Magiſtro, Primariæ cathedrę Theologiæ, in Vniuerſitate Salmantina Moderatore iubilato, Prædicatore Regio, Vicario Generali, & Prouinciali electo eiuſdem Prouinciæ Deffinientibus R R. A. PP. NN. F. Andræa Carrillo Magiſtro, Priore S. Petri Martyris Regalis Toletani, & quondã Prouinciali. Fr. Ioanne Sanchez Magiſtro, & Priore Paſsionis Matritenſis Fr. Ioanne de la Cruz Magiſtro, & Priore S. Stephani Salmanticenſis. F. Eugenio de Mora Paſſamontes Magiſtro, Priore S. Ildephonſi Regalis Taurenſis, & Calificatore S. Officij.

---

## DENVNTIATIONES.

DENVNCIAMVS in hoc noſtro Capitulo lectum, & admiſſum fuiſſe edictum Sanctæ Inquiſitionis, editum decima nona Octobris. Anno *1633.* & admonemus iterũ quod Priores, & Præſidentes Conuentuum, non tenentur illud notificare Fratribus determinatè, feria *6.* poſt octauã Aſſumptionis, ſed ſufficit legere quotiès

tiès in Capitulo, vel Refectorio acta Capitulorũ, & ordinationes perleguntur, prout alias pluries denuntiatum fuit.

Itèn denunciamus, iterùm acceptatas, & admiſſas eſſe in hoc noſtro Capitulo litteras: Reuerendiſsimi Patris noſtri Generalis Fr. Ioannis Baptiſta de Marinis confirmantes ordinationes Reuerendiſsimi Patris Magiſtri Fr. Thomæ Turco circa electiones Priorum tenoris ſequentis.

Nos Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis Sacræ Theologiæ Profeſſor, Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſeruus.

Iniuncti nobis Generalatus officij ratio poſtulat, vt quæ ſalubriter à Prædeceſſoribus noſtris, præcipuè in Sancta Viſitatione, pro diuerſarũ Prouinciarum decore, ac fęlici gubernio ordinata ſunt inuiolabiliter obſeruari mandemus.

Sanè cum Venerabilis P.F. Thomas Turcus Prædeceſſor noſter, pro conſeruanda libertate ſtatuta à Sacris Canonibus, in electionibus Priorum in Prouincia noſtra Hiſpaniæ, ſub die 21. Aprilis, anni 1647. ſanxerit (ad hoc vt Prælatus, cui de iure conſtitutionum competit, electiones Priorũ dirigere, directionis terminos non excedat, ita vt non electiones, ſed potiùs aſſertiones videantur) vt cum in Conuentibus præcipuè grauioribus Prouinciæ electiones Priorum Conuentualium fieri contingerit, neminem proponat, vel ſi id grauis neceſsitas poſtulauerit non minus quam ſex, ſecluſſo omni reſpectu humano, odio, vel amore, proponere debeat, irritans quamcumqne electionem aliter factam, & quod talis propoſitio ita fiat, vt non ſit cum

eumexcluſsione aliorum,nec electores,ſi alios ex-
tra nominatos eligant,perſequi, aut affligere præ-
ſumat,memor excommunicationis latæ in capite
ſciant cuncti,quam etiam incurrere voluit, Prio-
rem Prouincialem ſi eo intuitu,licet ſub quocum-
que paliato prætextu quempiam à Conuentu aſsig
nare,vel ablegare tentauerit.

Inſuper ſub form ali præcepto,ac pęna ex-
cõmunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurren
da,mandauerit Priori Prouinciali pro tẽpore præfa
tæ Prouinciæ,vt facta propoſitione ſex,vel pluriũ,
vt ſupra nullum ex illis publicè,ac priuatim verbo
ac ſcripto directè,vel indìrectè per ſe , vel alium,
aut alios,aut per quaſcumque interpoſitas perſo-
nas commendare,aut ſe pro vno , magis quam pro
alio declarare præſumat,nec inſinuare vnum illo-
rum,cæteris ipſi futurum eſſe gratiorem , cum de-
creto,quod ſi aliter fieri contigerit,electio ſit nul-
la,& inualida,&confirmator à ſuo officio,vel offi-
cijs ſit ipſo facto abſolutus;nec reauilitari poſsit,ni
ſi per Magiſtrum Ordinis,vel Capitulum Genera
le,conſcientiasque ſingulorum in diem Chriſti a-
grauauerit,vt qui huius rei conſcij fuerint, aut cõ-
plices,quam primum Magiſtro Ordinis, manifeſta-
re teneantur.Quod idem prohibuit Priori Prouin
ciali , in ordine ad electionem ſui ſucceſſoris ſub
pœna priuationis graduum, dignitatum , & offi-
ciorum ipſo facto incurrenda.

Prætereà ad occludendas omnes vias coa-
ctioni,& vt electiones liberè,ac canonicè vocali-
bus relinquantur,ſub eodem formali præcepto, ac
cenſura,vt ſupra mandauit Prouinciali , pro tem-

pore præfatæ Prouinciæ, nè admittat oblationes votorum, procuret, vel ſolicitet vota, aut ſuffragia, ante quamcumque electionem faciendam, Prælato, vel cuicumque alteri offerant, ſub pœna priuationis vtriuſque vocis, & omnium gratiarum, ac beneficiorum, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ad quæ non niſi per Magiſtrum Ordinis reſtitui valeant, & poſsint.

Nos igitur conſiderantes, quam per vtile erit præfatæ Prouinciæ, prædictas ordinationes in viridi manu tenere obſeruantia; harum ſerie, ac officij authoritate, illas de verbo ad verbum, iuxta earum tenorem confirmamus, ac præcepta, cenſuras, & pœnas, de nouo imponimus, ac fulminamus reſpectiuè: Sub eiſdem tamen præceptis, cenſura, ac pœnis comprehendi volumus, ſocium, vel ſocios Prouincialis, aut Vicarium Prouinciæ pro tempore. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Amen. Quibuſcumque in contrarium, non obſtantibus in quorum fidem. Datum Romæ in Conuentu noſtrę Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam. Die 24. Iulij 1654.

*Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis.*

---

ITEN denúciamus acceptatas, & admiſſas fuiſſe in hoc noſtro Capitulo litteras Reuerendiſſimi Patris noſtri Generalis Fr. Ioannis Baptiſta de Marinis circa reuocationem diſpenſationum tractandi de electionibus tenoris ſequentis.

Nos

Nos Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis Sacræ Theologiæ profeſſor, Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſeruus.

Cum Venerabilis P. Fr. Thomas Turcus fœlicis recordationis Prædeceſſor noſter, pro cõſeruanda libertate in electionibus canonicis, Priorum Conuentualium Prouinciæ noſtræ Hiſpaniæ, ſub die vigeſima prima Aprilis 1645. in Sancta Viſitatione prudenter ſanxerit, nè cum in Conuentibus inſtat electio, Prior Prouincialis pro tempore prædictæ Prouinciæ aliquem proponat, vel ſi id grauis neceſsitas poſtulauerit, non proponat minus quam ſex, & ſub formali præcepto, ac ex communicatione eidem prohibuerit, vt in dicto caſu, nullum ex propoſitis, publicè, ac priuatim, verbo, vel ſcripto, directè, vel indirectè per ſe, vel interpoſitam perſonam commendare, aut ſe, pro vno magis, quam pro alio declarare præſumat. Quam ordinationem ſecundo, ſub die 24. Iulij 1654. confirmauimus, ſub eiſdem præcepto, ac cenſura, cum extenſione etiam ad ſocium, vel ſocios, eiuſdem Patris Prouincialis pro tempore. Vt autem hoc negotium plenè, ac perfectè ſuum ſortiatur effectum, & nè, quod Priori Prouinciali pro tempore, eiuſque ſocio, aut ſociis, eſt prohibitum alijs, ad quos directio electionum minus pertinet, permittatur dùm non obſtante præcepto Prouinciæ in hac parte, ſe vltrò intromittunt in electionibus, mittentes manus in meſem alienam, exiſtimantes ſe à tali præcepto vi diſpenſationum cenſurarum, vel præceptorum, quas à nobis, vel Prædeceſſoribus noſtris obtinuerunt, id circò tenore præſentium, noſtriq;

officij

officij authoritate,ad ſuplicationemDiffinitorij vl timi Capituli Prouincialis prædictæ Prouinciæ, reuocamus ad hunc finem tantum omnes,& ſingulas diſpenſationes,à præceptis,& cenſuris,à nobis vel Prædeceſſoribus noſtris factas, pro Fratribus prædictæ Prouinciæ:eoſque præcepto, aut præceptis,nec non cenſuris Prouinciæ ad electioné pertinentibus adſtringi volumus, & declaramus, non ſecus,ac ſi prænominatæ,diſpenſationes non emanaſſent,illis in reliquo in ſuo robore permanentibus. Declaramus inſuper,quod in poſterum, ſi quæ conſimiles diſpenſationes à nobis concedantur, non habent vim ſuper tali præcepto,aut præceptis & cenſuris Prouinciæ, niſi de illo, vel de illis fiat ſpecialis,& expreſſa mentio quibuſcumque in contrarium,non obſtantibus. Datum Romæ in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ,ſuper Mineruam. Die 24. Iunij *1655*.

*Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis*
*Magiſter Ordinis.*

---

ITEN denunciamus,quod pluriès denunciatũ eſt,nempè factam fuiſſe declarationem in Capitulo Generali Romæ, anno 1629. circa durationem præceptorum, quæ in Capitulis Prouincialibus,ſeu Congregationibus feruntur, quæ eſt decima octaua tenoris ſequentis.

Declaramus,qnod præcepta actarum Capituli Prouincialis incipiant ab earum promulgatione

1659



tione & durent, vſque ad promulgationem ſequē tis Capituli, in quolibet Conuentu faciendam.

Denunciamus in noſtra Congregatione Beneuentanæ proximè præterita celebrata Dominica, Deus qui errantibus 22 Aprilis. Anno 1657. intèr alia plura, fuiſſe acceptatam quintam ordinationem Capituli generalis, Romæ celebrati in Cōuentu Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, in feſto S. Penthecoſtes, die 5 Iunij. Anno 1650. circa caputia, quæ eſt tenoris ſequentis. Proindè vniuerſi, ac ſingulis Fratribus noſtris, præcipimus, in Virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, nè alia, caputij, tàm nigri, quam albi, forma vtantur; quam ea, quæ in hoc capitulo, perſcripta fuit, & approbata; nec non Sanctiſsimi Domini noſtri Innocentij X. Apoſtolica benedictione inſignita: nimirùm appertura caputij circa faciem, vno amplius palmo, non ſit facie longior: pars anterior, ad pectus demiſſa infra ſternum, aut cartilaginem, quam Medici vocant enſiformem: poſterior à Tergo infra cingulum, vltra quatuor digitos non deſcendat: latera verò, ab humeris infra medium os, quod axillę, & cubito interſtat non extendantur, porrò ad hanc cuiuslibet Fratris ſtaturæ proportionatam formam, deinceps omnia caputia, quæ nouiter fiunt, conficiantur; facta verò ad eandem intra ſpacium ſex menſium ab huius ordinationis, & præcepti notitia corrigantur. Quam ordinationem libuit hic inſerere nè prætextu ignorantiæ (eo quod non ad omnes Conuentus transmiſſa ſunt acta dicti Capituli Generalis) minus Religioſis, detur relaxationis, & inobedietiæ occaſio.



Tan-

Tandem denunciamus in hoc noſtro Capitulo electum fuiſſe in ſocium R. A. P. N. Prouincialis pro futuro Generali Capitulo R. P. F. Ioannem Correas Præſentatum, & Priorem Sancti Pauli Burgenſis.

---

## *ABSOLVTIONES.*

ABSNLVIMVS omnes Supriores, & Vicarios Conuentuum, non habentium Priores, præter Supriores, de Burgos, Piedrahita, Rioſeco, San Sebaſtian, Cuenca, Valuerde, Villada, Carrió Ciudad-Rodrigo, Villaeſcuſa, Medina del Campo, Logroño, Trugillo, Leon, Benauente, & Galiſteo; quià nuper inſtituti ſunt, & Supriores de Palencia, Tudela, Ouiedo, & Soria propter inſtantes electiones.

---

## *ACCEPTATIONES GRADVVM.*

ACCEPTAMVS Magiſterium R. P. F. Ioãnis Garcia de Dueñus, Rectoris Collegij Sancti Gregorij Vallis Oletani, & R. P. F. Michaelis de Verlanga, Prioris Sancti Thomæ Regalis Abulenſis.

Et præſentaturas R. P. Fr. Bartholomæi Diaz Lectoris Theologiæ Sancti Pauli Vallis-Oletani, & Calificatoris Sancti Officij, & R. P. Fr. Didaci

Didaci de Alcocer Prædicatoris Generalis, & ſocij R. A. P. N. Prouincialis, titulo prædicationis.

Et prędicaturas generales R. P. F. Stephani de Villalobos Prioris de Tordeſillas, pro Conuento de Aſtorga: & R. P. Fr. Ioannis Pabon Prioris de Peñafiel, pro Conuentu de Trianos, & R. P. Fr. Dominici Rubio, Prioris de Maiorga, pro Cõuentu de Merida, & R. P. Fr. Emanuel Sanchez, pro Conuentu de Zamora.

---

## *EXPOSITIONES.*

EXponimus ad legendas ſententias, pro forma, & gradu Magiſterij excluſiuè R. P. Fr. Hyacinthum Duran. Lectorem Theologiæ Sancti Petri Martyris Toletani, & Calificatorem Sancti Officij.

---

## *CREATIONES.*

CREAMVS in Prædicatores Generales R. P. F. Ioannem Baptiſta del Rio, Prædicatorem Sancti Ildephonſi Regalis Taurenſis, pro eodem Conuentu; R. P. F. Chriſtophorum Bermudez Præſentatum, & Prædicatorem S. Thomæ Matritenſis, pro Cõuentu de Villaeſcuſa; R. P. F. Auguſtinum Gozalez Procuratorem Generalem in Curia Vallis-Oletana, pro Conuentu de Trugillo.

Per-

AD inſtantiam R. P. Fr. Thomę de Valboa permutamus Conuentum de Aſtorga, pro quo erat Prædicator Generalis in Conuentum de Nieba, & Conuentum de Villaeſcuſa, pro quo R. P. F. Hieronymus de Vrbina erat Prædicator Generalis, permutamus in Conuentum Matris Dei Complutenſis.

---

## PRÆCEPTA AD OMES, ET SINgulas perſonas.

MANDAMVS in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto, omnibus, & ſingulis fratribus huius noſtræ Prouinciæ ſequentia.

*De non ingredien de cellas.* Primum, nè duo, vel plures Fratres Ordinis noſtri, ſimul in aliqua cella Fratrum huius noſtræ Prouinciæ coexiſtant. Excipimus cellas Priorum, & Magiſtrorum Nouitiorum pro ſibi ſubditis licebit autem ingredi cellas Magiſtrorum huius Prouinciæ, & eorũ, qui Prouincialatus officio functi fuerint præter quã aſsigno, quod efficitur poſt completorium, vſque ad primum ſignum primæ ſequentis diei.

Denuntiamus, quod cellæ Fratrum, poſt notificationem aſsignationum ab illo Conuentu quandiù in eo commorantur eorum prorſus pręcepto tenentur, quo cellæ aliorum conuentualiũ; Et

Et ſimul declaramus, quod ſi ille, cuius cellam aliqui Fratres ingredi poſſunt, ab ea quouis modo abſens fuerit, illam pro tunc non gaudere tali priuilegio, ſeu licentia. Poterunt autem Patres Priores, ſeu Præſidentes, non tamen Supriores, nec Vicarij cum ſibi ſubditis diſpenſare; dummodò diſpenſatio non ſit generalis, aut frequens, quæ poſt vltimum ſignum, poſt completorium, nullatenus fiat niſi ſufficienti cauſa, & pro qualibet vice. Ab hoc præcepto non excipiuntur cellæ conuentuales, quando in eis contingat aliquem fratrem infirmari, niſi à Priore, vel Pręſidente Conuentus eſſe cellam infirmarię declaretur.

*De non ingredien docuriam Regiam.*

Secundum, ſub eodem præcepto mandamus, ne quis curiam Regiam ingrediatur, nec eius ſub urbana (etiam cauſa ſuſcipiendi Sacros Ordines) abſque licentia R. A. P. N. Prouincialis. Et ſub eodem præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis maioris latę ſententię, ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica admonitione præmiſſa, ne quis in dicta curia, aut eius ſub vrbanis extra Conuentus noſtri Ordinis, ſine licentia expreſſa R. A. P. N. Prouincialis pernoctet: quod vt infallibiliter executioni mãdetur, omnib. Reuerendis Patribus Prioribus pro tempore noſtrorum Conuentuum S. Mariæ de Atocha Sancti Thomę, Hoſpitij, & Roſarij, eorum conſcientias, in diem Domini agrauantes precipimus; vt quemlibet fratrem, cuiuſcumque ſtatus ſit, & conditionis, quem in prędicta curia, aut eius ſub vrbanis ſine ſocio diuagantem repererint, ſtatim apprehendãt, & R. P. Priori de Atocha tradant, qui eos tàm in pa-

 ne,

ne, & aqua, quam carcerali cuſtodia ſeuerè puniat. Declarantes omnes hoſpites cuiuſcumque conditionis ſint ad Priorem hoſpitij pertinere, ſeu Præſidentem, etiam quoad correctionem, & punitionem, ſiue ſint intra menia antiqua Matriti, ſiue extra, ſiue in ſubvrbanis, quibus tãquam ſubditis noſtris (durante authoritate diffinitiua, & R. A. P. N. Prouincialis electi) ea expleta conformiter ad noſtras conſtitutiones præcipimus in virtute Spiritus Sancti Sanctæ obedientiæ, & ſub pręcepto formali, vt inuiolabiliter obſeruent omnia in his actis cõtenta præcepta, vt præcepta ordinationes, vt ordinationes, & omnia alia prout à ſubditis huius noſtræ Prouinciæ obſeruãtur, quod vt melius fiat, præcipimus Priori dicti hoſpitij, & eius Vicario, vt acta tam Capituli Generalis, quam Prouincialis quater in anno legere faciant, ſicut in alijs Conuentibus huius noſtræ Prouinciæ leguntur.

Item, ſub eodem præcepto mandamus, nè quis in dicta curia, neque in Vallis-Oletana, pedeſter ambulans, galerum portet, exceptis procuratoribus conuentuum vtriuſque curię.

*De non adeundo Monaſteria Monialium.*

Tertium, nè quis adeat Monaſteria Monialium, nec Beatarum, nec aliarum mulierum, in vnũ congregatarum ſub obedientia viuentium, nec ad earum Eccleſias ad coloquendum cum ipſis, niſi de licentia Prioris pro qualibet vice, quæ licentia in alium diem tranſlata non valeat, nec dari poſsit à Suprioribus, nec Vicarijs vllo modo (Prioribus in oppido exiſtentibus.)

*De non tractãdo de electione Prioris.*

Quartum, vt libertati electionum conſulamus: iuxta decreta Sacrorum Canonum, & ordinatio-

tionũ R^mi. P. N. Generalis F. Thomæ Turco, præcipimus ſub eodem præcepto, omnibus Fratribus noſtræ Prouinciæ, nec non, ſub pœna excommunicationis maioris, latæ ſententiæ, ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica admonitione præmiſſa, nè quis tractet, nec ſe intromittat in electione Prioris alicuius Cõuentus, verbo, aut ſcripto, per ſe, vel per alios, etiam ſi ſit Prior eiuſdem Conuentus, in quo electio eſt facienda, & vocem habuerit in electione, vſque dum officium ſuum perfecerit. Et ſub eodem præcepto mandamus, nè quis ſuffragium ſuum offerat R. A. P. N. Prouinciali, nec alicui alteri, tàm pro electione Prioris, Prouincialis, quam conuentualium.

*De numero Miſſarum.*

Quintum, ſub eodem præceptomandamus omnibus noſtræ Prouinciæ Fratribus, ne quis obligationem Miſſarum aſſumat vltra quinquaginta, ita vt nunquam ſubiaceat obligationi maioris numeri. Et quidquid ſupra talem numerum receperint pro obligatione Miſſarum, ex nunc pro tunc applicamus communitati (in qua habitant) etiam in foro conſcientiæ iuxta votum paupertatis. Et tunc Conuentus tenebuntur illas celebrare recepto ſtipendio. Et ſimiliter ſub eodem præcepto mãdamus Prioribus, Suprioribus, & Depoſitarijs Cõuentuum (qui vel ex obligationibus annualibus, vel ex eleemoſinis numero quingentarum Miſſarum ſunt grauati) quod deinceps nullam recipiant vltra talem numerum. Et ſi ob aliquam vrgentẽ cauſam aliquas receperint, nullatenus ſtipendia conſummant, ſed in depoſito intacta ſeruent, & tunc Prior, vel Suprior moneat R. A. P. N. Prouincialem,

lem, vt arbitrio ſuæ admodum Reuerendę Paterni tatis diſponatur de ipſis.

*De remittendo ſextas partes bonorum defuncti.* Sextum, ſub eodem præcepto mandamus omnibus Patribus Prioribus, ſeu Præſidentibus Cõuentuum, & Depoſitarijs, quod ſextam partem bonorum Fratris defuncti remittant infallibiliter ad Patres, à R. A. P. N. Prouinciali deſignandos.

*De non nominando titulo Paternitatis, vel Reuerentiæ.* Septimum, ſub eodem præcepto mandamus, vt nullus titulo Paternitatis nominet, niſi Magiſtros, & Priores, vel qui tribus vicibus Prioratus officio functi fuerint, & Præſentatos, Prædicatores, Generales, Procuratores Ordinis, Vicarios tã Conuentuum non habentium Priores, quam Monialium, & Lectores Theologiæ, qui per ſex annos integros Theologiam legerint, nec nominet titulo Reuerentiæ, vel Patris iubenem, aut laicum.

*De veſtibus interioribus.* Octauum, ſub eodem præcepto mandamus, quod nullus Frater veſtimenta interiora induat, niſi prius Patri Priori, ſeu Præſidenti oſtendat eorum materiam, & formam. Et Prioribus ſub eodem præcepto præcipimus, nè permittant talia indumenta, niſi ſint cum modeſtia, & decentia religioſa.

*De aſsignationibus.* Nonum, ſub eodem præcepto mandamus Patribus Prioribus, ſeu Præſidentibus, vt aſsignationes quomodolibet receptas inuiolabiliter notificent: Et ſi ob aliquam cauſam viſum fuerit eas non notificare, teneãtur ſub eodem præcepto R. A. P. N. Prouincialem certiorem facere. Et ſub eodem præcepto mandamus, quod nullus Prior poſsit aſsignatos detinere, etiam prætextu petendi aliam aſsignationem, pro ſuo, vel alieno Conuentu,

tu & moneat Priorem Conuentus, ad quem vadit aſsignatus de die, qua exiit à ſuo.

Decimum: præcipimus tàm prioribus, quã Suprioribus, quod omnes libri antiqui tàm redditũum, quam communium expenſarum ſemper in communi depoſito ſeruentur, nec indè extrahi poſſint niſi vrgente cauſa, & de licentia Prioris, & ſolum per ſpacium vnius diei, quo tranſacto teneantur ſub eodem præcepto iterum eum, vel eos ad depoſitum deferre, & ſub eodem præcepto mandamus omnibus Prioribus Conuentuum vbi non eſt modo liber communium expenſarum, quod illicò ſine mora præcipiant eum facere, & emant.

Tandem præcipimus in virtute Spiritus S. Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, omnibus noſtræ Prouinciæ, Fratribus, & Sororibus, nè verbo, aut ſcripto, circa materiam Conceptionis Beatiſsimæ Virginis Mariȩ apud perſonas extra noſtrum Ordinem conſtitutas, aliquid proferãt quo vel leuiſsimè eorum pietatem, & deuotionem erga Deiparam impedire poſsit, ſed ad vnguem decreta Summorum Pontificum in ſilentio ſeruando etiam à non prohibitis circa noſtræ ſententiæ probabilitatem penitùs abſtineant, ne ex in ordinata, & minus prudenti locutione ſummatur occaſio turbationis, & ſcandali, ſed potius ex Religioſo ſilentio, & ex verborum, & actionum modeſtia reuerentia Religionis, & fidelium edificatio conſequatur: quod ſi quis huius præcepti violator extiterit, pœnȩ grauioris culpȩ etiã quoad pœnas priuatiuas, & infamiam ſubiaceat, & ſimili pœna plectantur quicumque, qui huius legis fractionem cognouerit, &

non ſtatim renuntiauerit R. A. P. N. Prouinciali.

---

## *PRÆCEPTA PARTICVLARIA AD ſpeciales perſonas.*

PRÆCIPIMVS in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientię, & ſub præcepto formali ſequentia.

*De Depoſitatis.* Primum, quod Frattes depoſitati, in hac noſtra Prouincia, vel in aliquo ipſius Conuentu (modo ſint ex noſtra, modo ex aliena Prouincia) teneantur ad omnia præcepta, tam Prouinciæ, quã Conuentuum, in quibus ſunt depoſitati, & pro eis teneantur tot Miſſas dicere, ac cæteri aſsignati: declarantes quod depoſitati in hac Prouincia non habent vocem in electione Conuentuum, in quib. ſunt depoſitati.

*De reformatione ſtudiorũ.* Secundum, ſub eodem præcepto mandamus omnibus fratribus Conuentuum ſtudiorum, ad quos quomodolibet ſtudium attinet, vt nullo modo omittantur in diebus lectiuis, lectiones, conferentiæ, aut concluſiones etiam prætextu expoſitionis ad audiendas confeſsiones, nec hora conſueta earum mutetur, nec in illis dentur recreationes vigilia actus maioris omittantur conferentiæ, non tamen dentur recreationes, & die immediatè ſequenti dentur recreationes, præter quam in aduentu, & quadrageſima, dummodo in eadem hebdomada quouis titulo alio die non vacent ab exercitio ſtudiorum, nec in alia hebdomada concedatur



non licen-

licentia exeundi à Conuentu recreationis cauſa titulo actus maioris, niſi ſit dies aſſuetus, vel feſtiuus: & in octauis, Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Penthecoſtes, octauoque die ſolemnitatis corporis Chriſti, & in recreationibus octo dierum ante aduentum, & quadrageſimam conſuetis, aut ſi forte hora conſueta concluſionis, conferentiæ, aut lectionis, ſpecialis occurrat pro toto Conuentu occupatio. Et nomine dierum lectiuorum intelligimus eos, in quibus [iuxta diſponendum inferius] Patres Lectores non tenentur matutinis intereſſe, & qui, modo ex præcepto, vel voto non ſeruantur à populo iuxta nouam reformationem. Quod ſi nulla hebdomada ab exercitio ſtudiorum quomodocumque vocauerint Fratres, in concluſione, & cōferentijs cum eis, eiuſdem hebdomadæ feria quinta diſpenſamus, pręter quam in aduentu, & quadrageſima, obſecramusque R. A. P. N. Prouincialem, vt nullatenus alicui concedat facultatem in iſto præcepto diſpenſandi, & ſub eodem præcepto mandamus omnibus Patribus Lectoribus quod conferentiæ communes incipiant à quæſtionibus de termino relictis omninò diſputationibus de ſignis, & notitijs: & ſub eodem præcepto mandamus, quod in feſto Imaginis Soriani, in translationibus S. Patris noſtri Dominici, & S. Thomæ non omittantur lectiones, neque conferentiæ.

Tertium, pręcipimus in virtute Spiritus S. & Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, nec non ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, vna hac pro trina canonica admonitione præmiſſa, omnibus Prio

riſis,

riſis, & Sororibus noſtræ curę ſubiectis, quod nihil in choro, vel alio quouis loco vbi queant audiri ab exiſtentibus in ſuis Eccleſijs cantent noſtro vernaculo ſermone, ſed ſolum latino.

Quartum ſub eodem præcepto mandamus Prioribus, Suprioribus, & Fratribus exeuntibus ad petendas eleemoſynas, quod in nulla commorentur vltra octo dies, in petitione autem tritici, non vltra duos menſes, & vini non vltra vnum. Et qui in quadregeſima exeunt ad audiendas confeſsiones non ante Dominicam in Paſsione, & infallibiliter ad ſuos reuertantur Conuentus ante feriam quintam Dominicæ in Albis, & qui in aduẽtu mittuntur ad concionandum ſequenti die teneantur reuerti.

---

## *ORDINATIONES.*

*De diſtributione bonorũ defunctorum.*

ORDINAMVS (quod alias præceptum eſt) vt bona defunctorum, Fratrum, ante eorum diſtributionem, à Præſidente Conuentus, duobuſque Depoſitarijs, aut grauioribus Patribus, fideliter omnia, & ſingula, in ſcriptis numerentur (vna tantum excepta veſte) & ſic enumerata, in tres equales partes diuidantur, quarum vna integra pro anima defuncti, cuius diſpoſitio ad Conuentus per ęquales partes ſpectabit, ad quos defunctus pertinebat, ſiue ratione aſsignationis, ſiue filiationis, ſiue Prioratus, duę alię partes, æqualiter ſpectabunt ad Conuentum, cuius erat filius, & in quo erat aſſigna-

ſignatus. Præſidens autem Conuentus, in quo Frater obijt nullo modo diſponat, de parte ad alium Conuentum attinente, vſque dum adſit diſpoſitio Præſidentis illius Conuentus, ad quem illa pars attinet. Quod ſi Religioſus non habuerit bona: dicãtur pro eo, quam primum quinquaginta Miſſæ in ſolidum.

Item ordinamus, ſub pęna quindecim dierum in pane, & aqua [quam Prælatus teneatur infligere ſub pœna priuationis à ſuo officio] nè vllus Frater pernoctet extra Conuentum in locis, vbi Conuentum habemus. *De non pernoctãdo extra conuentũ*

Item ordinamus, & præcipimus, omnibus Prioribus, & Conuentuum Præſidentibus, ne Fratribus licentiam itinerandi concedant vltra ſpacium quatuordecim leucarum, quod & in conſtitutionibus cautum eſt, & omninò prohibemus Prioribus, & Suprioribus Conuentuum ſtudiorum, licẽtias huiuſmodi concedere ſtudentibus, tempore curſus tàm intra, quàm extra dictam, permittimus autem, quod tempore vacationum concedant licẽtias quindecim dierum, ſed ſolum intra præfixam dictam. *De licentia itinerandi.*

Item ordinamus, vt ſeruetur decretum de loco ſocij R. A. P. N. Prouincialis, vt hucuſque ſeruatum eſt. *De loco ſocij.*

Item ordinamus, quod Confeſſores, Procuratores, Vicarij, & Parrochi Monialium tres Miſſas celebrent pro Monaſteriorum obligationibus, quas ſi Monaſteria non habuerint, eas pro intentione R. A. P. N. Prouincialis celebrent, ſi verò Conuentus tot obligationes habuerint, vnam [ad mi- *Confeſſores, Procuratores & Parrochi quot Miſſas tenẽtur celebrare.*

 nus]

nus) qualibet ſeptimana Miſſam dicant pro intentione R. A. P. N. Prouincialis, ex his, quæ perſonaliter ad eos pertinent, quam Miſſam ex nunc pro tunc, in foro conſcientiæ in ſolidum applicamus.

*De abſtinentia à carnibus*

Item ordinamus, & Prioribus, aut Præſidẽtibus Conuentuũ, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs præcipimus, vt nulli carnium eſſum concedãt, feria ſecunda, quarta, & Sabbato, cæteris autem diebus poterunt Priores diſpenſare cum aliquibus dummodo ſextum decimum annum profeſsionis expleuerint (etiam ſi ſint Lectores Artium.) Et inuiolabiliter diebus, in quibus talis diſpenſatio conceditur, Prior, vel Suprior cum dimidia ſaltem parte Conuentus effectiuè commedant in Refectorio cibum vſitatum, in cœna nulli permittatur eſſus carnium, nec fiant Prioribus conuiuia, niſi vrgenti cauſa, & cum moderatione Religioſa, in hoſpicio autem ſilentium infallibiliter obſeruetur.

*De notificatione aſsignationum.*

Item ordinamus, quod inſtitutiones, aſsignationes, licẽtię, & depoſitationes, quæ intra duos menſes, à die conceſsionis notificatæ non fuerint, ipſo facto ſint nullæ, ſolumque notificantur à Præſidente Conuentus, aut de eius licentia, niſi cum Frater in via illam receperit.

*De Magiſtris nouitiorum*

Item ordinamus, quod Magiſtri Nouitiorum, nec hebdomadam faciant, nec ad illam notentur, & quod locum obtineant immediatum, poſt huius Prouinciæ Præſentatos (in Domibus, quibus R. A. P. N. Prouinciali viſum fuerit.) Nullus autẽ deinceps fiat Nouitiorum Magiſter inconſulto R. A. P. N. Prouinciali, qui de conſilio Patrum, celo, & religione præſtantium, omnes Magiſtros Nouitiorum

tiorum approbet aſſumendos,& ex his, quicumq; tale officium laudabiliter iudicio R.A.P.N. Prouincialis exercuerint, in perpetuum maneant diſpẽſati ab hebdomada facienda,& à matutinis, niſi in diebus feſtiuis.

*De non ex eundo ad recipiendum.*

Item ordinamus,& omnibus huius noſtræ Prouinciæ Fratribus, cuiuſcumque ſint conditionis,præcipimus,vt nullo modo exeãt extraoppida vbiConuentũ habemusad recipiendumR.A.P.N. Prouinuincialem,Priores,ſeu quemcumque alium Religioſum,neq̃;quãdo à Conuentibus quauis cauſa,vel occaſione recedunt,eos ſocient.

*De non proponendisadProcuratorẽ.*

Item ordinamus,& R.A.P.N.Prouincialem obſecramus,nè deinceps aliquem in Priorem proponat niſi poſt bienniam ſui Prioratus expletum,& quod nullatenus permittat duos in Prioratu alicuius Conuentus,ſibi inuicem ſuccedere,nec poſsint Lectores Theologiæ, vel Supriores eligi in Priorem Conuentuum,vbi actu aliter viuunt,& omnibus Prioribus, & Supprioribus præcipimus, quod ambobus,in oppido vbi Conuentum habemus exiſtentibus,vnus tantummodò,& non vterq; è domo exeat: neque Prior vltra octo dies abſit à ſuo Conuentu in conſulto R.A.P.N.Prouinciali.

*De Depoſitarijs*

Item ordinamus,ne fiant Depoſitarij Cõuentus, niſi de aſſenſu ipſius, in publico capitulo, & quod ab officio nequeant amoueri,niſi de cõſilio Patrũ; quod ſi contingat Priorem ex dictis aliquem aſsignare velle,teneatur prius R.A.P.N. Prouinciali manifeſtare aſsignandum officio fungi Depoſitarij talis Conuentus.

Item ordinamus, & mandamus Patribus Prio-

*Priores non habeant librum procurationis.* Prioribus, ſub pœna abſolutionis ab officio infalli biliter infligenda, vt librum procurationis, ſeu cõmunium expenſarum Conuentus apud ſe non retineant, nec manu propria in eo quidquam conſcribant, Procuratoris officium exercentes, niſi corã Depoſitariis, alijsue duobus Fratribus, in eorum abſentia ratiocinia faciant. Et ſub eadem pœna præcipimus Prioribus, & in eorum abſentia, vel infirmitate Supprioribus, quod ſingulis noctibus, vel ad minus bis in hebdomada librum procurationis, & commnnium expenſarum perlegant, & attentè inſpiciant, vt ſi quid minus congruè conſumptum repererint, vel non admittant, vel in poſterum reforment.

*De Roſario recitando.* Item ordinamus iuxta decretum Reuerendiſsimi P. N. Generalis, vt ſingulis diebus poſt cõpletorium omnes Fratres, & Sorores recitent alta voce, & deuotè per choros alternando, tertiam partem Roſarij Beatiſsimæ Virginis Mariæ, ſecundũ ordinem Myſteriorum, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs infallibiliter Prioribus, & Supprioribus infligenda.

*De examine Cõfeſſorum.* Item ordinamus, vt Fratres ad audiendas confeſsiones, & contionandum exponi non poſſint, niſi in ſtudiis generalibus, inter quæ Pampilonenſem Vniuerſitatem, & Conuentum Legionenſem comprehendi volumus: & non approbentur niſi adſit ſaltim vnus ex Theologiæ Lectoribus, cum aliquo graduato, vel ambo ſimul: & ſolum per triennium, quo expleto iterum examinẽtur. Excipimus Lectores Artium, qui poſt inſtitutionem examinantur, caſuumque conſcientiæ, qui

per

per quatuor annos completos tale officium exercuerint,& eos,qui per nouem annos licentias, ſeu expoſitiones habuerint,quibus cócedimus,vt poſt nouem annos decurſos, quibus gauiſi fuerint approbatione,queát ſimpliciter exponi. Quod ſi quiſpiam in aliquo Conuentu examinatus, reprobatus fuerit,nec examinetur,nec examinatus approbari queat,niſi tranſactis ſex menſibus, quod ſi contrarium factum fuerit,totum irritum; & inanè reddimus;& vt tutius conſulatur conſcientiæ, & miniſterio,prædicti examinatores, certiorem reddant Priorem Conuentus, de reprobatione ſui ſubditi, corumque conſcieutias in diem Domini,aggrauántes iniungimus,vt examen cum ſumma rectitudine peragant,& quod ad illud ſemel admiſſum approbare,vel reprobare teneantur.

*De modo recipiedi Nouitios.*

Item ordinamus,quod deinceps nullus ad mittatur ad profeſsionem niſi præuio rigoroſo examine circa myſteria,& doctrinam Chriſtianam & quod in receptione Nouitiorum ad habitum, & profeſsionem vota fratrum per ſchedulas, vel fabas admittantur,& regulentur à prælato cum aſsiſtentia duorum antiquiorum Patrum, in Capitulo aſsiſtentium,& in Conuentibus Monialium, cum aſsiſtentia Vicarij,vel Confeſſoris, vbi non fuerit Vicarius,& ſchedulæ regulentur coram Prioriſa, & Supprioriſa, & in earum defectu coram duabus ſororibus ex antiquioribus Conuentus.

*Supriores non aplicẽt ſibi Miſſas*

Item ordinamus, quod Supriores in ſede vacante,vel quacumque Priorum abſentia,non applicent ſibi plures Miſſas,quam quæ eis communiter conceduntur..

*Lectores & Prædicatores quando debent choro intereſſe.*

Item ordinamus, huius noſtræ Prouinciæ, Lectoribus, & Prædicatoribus, vt in maioribus Eccleſiæ ſolemnitatibus, in omnibus feſtis Beatiſsimę Virginis Mariæ, Sanctorum Apoſtolorum, Euangeliſtarum, quatuorque Eccleſiæ Doctorum, & Sanctorum noſtri Ordinis, matutinis, vtriſque veſperis, Miſſęque maiori, infallibiliter interſint. Et quod à ſtudijs non vacent, quando prædictæ ſolénitates, in diebus proprijs non celebrantur, exceptis feſtis, Annúciationis, & Sancti Thomæ Aquinatis; & Prȩlati ſummopere inuigilent in obſeruantia huius ordinationis, ſicut etiam in aſsiſtentia Fratrum, ad completorium, Salue Regina, & tertiam partem Roſarij, nullum abuſum permittentes, neque diſpenſationem concedentes abſque legitima cauſa: nec Lectores Artium, qui curſum ſuæ lectionis perlegerunt, diſpenſare poſsint Patres Priores ab aſsiſtentia chori, poſt primum ſuæ vacaturę annum completum, niſi de licentia R. A. P. N. Prouincialis.

*Quando Lectores debẽt miniſtrare Altari.*

Item ordinamus, quod Patres Lectores Theologiæ huius noſtræ Prouinciæ, Euangelium cantent miniſtrando Priori in feſtis Paſchalibus; Magiſtri verò ſtudentium, & Lectores Artium miniſtrent Altari in feſtis ſolemnibus, iuxta arbitriũ Prioris, verſiculosque, & reſponſoria dicant cum quolibet fratre correſpondente ſibi ſecundum antiquitatem Ordinis.

*Graduati ante receptionẽ gradus nullo gaudeant priuilegio.*

Item ordinamus, quod nullus aliquem nominet titulo cuiuſuis gradus ante quam eum ſuſcipiat, nec graduatorum priuilegiis potiatur.

Item ordinamus, ſtrictè cuſtodiri ordinationem

tionem Reuerendiſsimi P.N. Generalis circa ſtudium,& ſtudentes inhabiles,& ineptos,quos R.A. P.N. Prouincialis à ſtudijs amobeat, & in præcipuis huius noſtræ Prouinciæ Conuentibus occupētur in officijs Fratrum conuerſorum, etiam humilium,quibus tamen per duos integros annos,exercitia ſtudiorum permittantur, vt eorum ingenia manifeſtius innoteſcant,quibus per actis, ſi omninò inhabiles inueniantur,repellantur à ſtudijs,ſine recurſu,& ſpe vlterius redeundi;in quo R.A.P.N. Prouincialis, cōſcientiam in diem Domini aggrauamus,obſecrantes vt nullius petitionis interuentu,huic noſtrę ordinationi cedat. Præcipimus etiā Prioribus,ſeu Præſidentibus Conuentuum ſtudiorum,nè in diebus lectiuis, Lectores, nec ſtudentes, extra Conuentum exire permittant,nec etiam prętextu audiendi confeſsiones,niſi grauis vrgeat neceſsitas, & etiā præcipimus,quod Sūmuliſtæ ſemel examinentur octo diebus ante feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ, reliqui autem ſtudentes bis in anno prima immediatè, poſt Natiuitate Domini ſecundo,quando Summuliſtæ examinantur.

*Circa ſtudium, & ſtudentes.*

Item ordinamus,vt ſumma cura adhibeatur circa receptionem Nouitiorum ad habitum,& profeſsionem. Ne autem inepti, & minus habiles, cum magno Religionis diſpendio admittantur examen illorum,fiat à tribus Patribus examinatoribus,iuxta normam noſtrarum conſtitutionum, ſimul exiſtentibus in præſentia Prioris,ſeu Præſidētis Conuentus.

*Circa receptionē Nouitiorū ad habitum.*

Item ordinamus,& præcipimus in virtute Spiritus Sancti,& Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali,ne quis repræſentationibus, ſeu comedijs,

*Circa comedias.*

medijs,quæ à publicis hiſtrionibus(qui hoc ex offi cio habent)fiunt,interſint,niſi in Capitulis Eccleſiarum,in domibus Epiſcoporum,ſeu Religioſorũ alterius Ordinis,aut publicis Sanctorum ſolemnitatibus,& quod Prçlati,ſeu Conuentuum Præſidẽtes,comedias,in domibus noſtris fieri non permittant,etiam ſponte oblatas,& ſub eodem præcepto mandamus,ne Fratres eas repræſentent, aut vllo modo,veſtibus vtantur ſecularibus: admonentes omnes Patres Priores,ſeu Præſidentes Conuentuũ qui in hoc negligentes fuerint,ab officio abſoluendos fore,quæ ordinatio,& præceptum etiam Moniales comprehendit.

*Fratres alienæ prouinciæ.*

Item ordinamus, vt nullus Frater alienæ Prouinciæ, in noſtra exiſtens, ſiue de nouo adueniens,aſsignetur, ſed tantum depoſitatus maneat' vnde tenore præſentium,ex nunc pro tunc reuocamus omnes prædictos Fratres,cuiuſuis ſint Prouinciæ,ab huius noſtrę quibuslibet Conuentibus, in quibus fuerint aſsignati,& in eiſdem depoſitamus, qui omnino ſeruabunt leges depoſitatorum ſuperius ſancitas.

*Magiſtri ſunt Regentes*

Item ordinamus,& declaramus, quod in Cõuertibus,vbi plures adſunt Magiſtri antiquior eorum ſit Regens, eo tamen à gymnaſio abſente, Magiſter qui ſuccedit, & ſic ſucceſsiuè alij, iuxta ſuorum antiquitatem graduum,vbi tamen vnus tãtum adeſt,ipſo facto ſit Regens,non obſtante quacumque conſuetudine, ſeu potius corruptela in contrarium.

*Cathedratici Vniuerſitatũ*

Item ordinamus,quod Cathedratici Vniuerſitatum,tam Artium, quam Sacræ Theologiæ debent

debent gaudere priuilegiis, quibus gaudere ſolent huius noſtræ Prouinciæ Lectores.

Item ordinamus, quod Moniales noſtræ adminus per tres annos ſuæ profeſsionis, ſub cura Magiſtræ Nouitiarum perſiſtant, nec niſi ad Patres, & cognatos, viſitandos exeant, nec à Prioriſa cum eis vllo modo diſpenſetur.

*De Monialibus, ſub cura Magiſtrarum.*

Item, quia frequenter ad nos, tum Parentum, & propinquorum ſecularium, tum ipſarum cō muniitatum, tum præcipuè Catholicæ Maieſtatis Regis noſtri, de Regni ſtatu, quærellæ perueniunt, de exceſsibis Religioſarum, ſumptibus in ſuorum officiorum miniſterio ordinamus, & in merito S. obedientiæ mandamus, quod à prædictis totaliter abſtineant, & ſolum de pertinentibus ad communitatem, & præcipuè neceſſariis, aliquos Religioſos, & moderatos ſumptus facere poſsint; de cuius executione, & obſeruantia diligentem inquiſitionem, in viſitationibus R. A. P. N. Prouincialis adhibeat & in hoc excedentes ſeuerè puniat, declarantes, quod licentiæ vltra præcisè neceſſarios ſumptus à nullo concedi poſſunt, niſi à R. A. P. N. Prouinciali.

*De exceſſibus ſumptibus monialium.*

Item ordinamus, quod Vicarij, ſeu Confeſſores Monialium, vulgari lingua tranſcribant, & traducant, omnia quę ex hiis ordinationibus, ad eas quomodolibet ſpectant, & ſorores legere teneantur, quando leguntur ordinationes coram toto Conuentu.

*Vicarij Monialium trāſcribāt ordinationes.*

Item ordinamus, quod Confeſſores, & Procuratores, Monialium, earum non ingrediantur Monaſteria, niſi vrgente cauſa adminiſtrandi Sa-

*De ingreſſu Vicariorum in Monaſteriis.*

cramenta, & de licentia Vicarij illius Conuentus, quod ſi non ſit Vicarius duo, ingrediantur ſimul, & ſi adſit tantum vnus aſſocietur, Prioriſæ, vel Su prioriſæ, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, & ſtrictè præcipimus Prioriſis, vt accuratè inuigilēt de clauſura couſeruanda, ita vt nullo prætextu, ingreſſus cuiuſuis perſonæ permittant; ſimulque iniungimus, vt quaslibet litteras Apoſtolicas obten tas iam, ſiue obtinendas à quacumque perſona cuiuſuis qualitatis, aut ſexus, pro Monaſteriorum ingreſſu R. A. P. N. Prouinciali mittant, declarantes ipſum præcisè eſſe Prælatum proprium, ad quem deſtinantur tales licentiæ. Et ſimiliter ordinamus quod Confeſſores, & Procuratores Monialium in op-idis vbi Fratrum Conuentum habemus, in om nibus ſint eorum Prioribus ſubiecti, ſeu Præſidentibus, non ſecus, ac cæteri Religioſi in talibus Cōuentibus aſsignati.

*Circa Priores inhabiles*

Item ordinamus, quod infallibiliter obſeruetur ordinatio Reuerendiſsimi P. N. Generalis Fr Thomæ Turco, circa Priores inhabiles, obſecrantes R. A. P. N. Prouincialem, quod tam Priores, quam Supriores, & Magiſtros Nouitiorum, qui lineis ad carnes vtuntur, & abſtinentiam ab eſſu carnium ſeruare nequeunt, à ſuis officiis abſoluat, nec tales, ad officia proponat, & alios fratres in hac ſacra conſtitutione deficientes ſeuerè puniat.

*Circa deuotionem Sanctiſsimi Roſa-*

Item ordinamus, quod Prædicatores magnam adhibeant curam, in promobenda debotione Beatiſsimæ Virginis Mariæ, proponendo regulariter in omnibus contionibus, quę habentur in om nibus

nibus contionibus,quæ habentur in omnibus Cõuentibus noſtris,tàm Fratrum,quàm ſororum, aliquod exemplum,ſeu miraculum Sanctiſsimi Roſarij,quod infalibiliter exequatur,ſpecialiter in Dominicis quadrageſimæ,& aduentus, & prima Dominica cuiuslibet menſis,ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs. Et Patres Priores quot annis viſitent, & promoueant ſodalitates Sanctiſsimi Roſarij, & vbi non fuerint ſitæ,de nouo fundent,ſub pœna ſuſpenſionis ab officijs per ſex menſes.

*Circa ordinationem Conuentuum.*

Item ordinamus,& præcipimus,vt ordinationes Conuentuum,factæ in viſitationibus obſeruentur,quas ex nunc pro tunc confirmamus ordinationes,vt ordinationes,& præcipimus in virtute Spiritus Sancti,& Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali,quod præcepta facta in viſitationibus ſeruentur,vt præcepta.

*Circa ſubſidia, & contributiones.*

Item ordinamus(& vt Prouincia ſumptus minuantur)præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, nec non ſub poena excommunicationis maioris,latæ ſententiæ,ipſo facta incurrenda,vna hac pro trina canonica admonitione præmiſſa,omnibus Prioribus,ſeu Conuentuum Præſidentibus,& etiam Vicarijs,& Procuratoribus Monialium,ac ipſis Prioriſis,quod pars cuilibet Conuentui,pro ſubſidio,& contributionibus,in ſpecie,& quantitate pecuniæ, deſignari ſolita,infalibiliter ſoluatur menſe Ianuarij,anni Domini 1630.& 1631. & remittatur Patribus Procuratoribus Generalibus Matriti, & Vallis-Oleti.

Item ſub eodem præcepto,& cenſura omnibus,

nibus,in ea contentis mandamus,quod ſi tota, vel aliqua pars pecuniæ illis Conuentibus,quibus præ ſunt,vel ad quos pertinent conſignata,tam pro ſubſidio,& contributionibus, quàm pro impoſitione iam pridem facta, ſoluta non fuerit, infalibiliter poſt menſem à notitia præſentium remittatur Patribus Procuratoribus Generalibus.

*De conſilijs ſcripturæ mãdandis.*

Item ordinamus,vt omninò ſeruetur ordinatio de conſilijs ſcripturæ mandandis per Notarium,in quouis Conuentu deputatum.

*Cui remittenda ſit ſexta pars bonorum defunctorum.*

Item ordinamus,ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs infalibiliter infligenda Prioribus, ſeu Conuentuum Præſidentibus,quod ſextam partem bonorum cuiuslibet Fratris defuncti remittant Patri Fr. Ioanni Martinez de Cote,in Conuentu Salmantino,& Patri Fr. Ioanni Lopez de Prado Prædicatori Generali in Conuentu Vallis-Oletano, Patri Procuratori Genorali in Conuentu Paſsionis Matritenſis commorantibus. Et inuentaria,& partitiones dictorum bonorum aſſeruentur in depoſito communi,vt manifeſtentur in viſitationibus R.A.P.N. Prouinciali.

*De ſcrutinio à Priore faciendo.*

Item ordinamus, quod omninò ſeruetur conſtitutio,quod Fratres quouis anno, ſemel ſaltim,omnia Prælato manifeſtent, quæ ad vſum habent,& de Scrutinio à Priore faciendo, cum duobus Patribus ex ſenioribus,& continuo Priores inuigilent,vt forma ac decentia ſtatus Religioſi,ſeruetur vniformiter ab omnibus Fratribus noſtrę Prouinciæ,tam in capitis tonſura, quàm in materia,& forma veſtrum, à quo maxime bonus odor Religionis pendet, & ſecularium ædificatio, in

quo ſi negligentes fuerint; abuſus permittendo, tā eos, quam ſubditos tranſgreſſores ſeuerè puniat in viſitationibus Conuentuum R.A.P.N. Prouincialis.

Inſuper ordinamus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, tam Prioribus, quam Conuentuum Præſidentibus, vt quot annis omnibus Fratribus prouideāt maximè de neceſſariis indumentis, ſaltim de calceis, caligis, & tunicellis laneis in propria ſpecie, & quod afferant teſtimonia ad Capitulum iuxta ordinationē Reuerendiſsimi Patris N. Generalis, ſub pœna (ibidē impoſita) infallibiliter infligenda.

Tandem præcipimus omnibus Supprioribus, ſub pœna abſolutionis à ſuis officiis, vt has noſtras ordinationes quater in anno faciat legere, in publico capitulo, vel Refectorio omnibus conuenientibus Fratribus.

---

## *DE LECTORIBVS CASVVM conſcientiæ.*

CONCEDIMVS huiuſmodi Lectoribus caſuum conſcientiæ, vt Patres à conſiliis ſint, Lectores menſæ corrigant, vt à choro diſpēſentur diebus, quibus concluſiones, ſeu caſus conſcientię coram Cōuentu ventilantur, & præcipimus in virtute Spiritus S. Sanctę obedientiæ, & ſub pręcepto formali, Prioribus & Lectoribus, quod infallibiliter fiat bis ſaltem in ſeptimana, & in Conuentibus qui non viuunt ex eleemoſynis, omnibus diebus, quibus habetur concluſio in domibus ſtudiorum, & rogamus R.A.P.N. Prouincialē, vt ſeuerè puniat Priores, ac Lectores in hac ordinatione deficientes, aliis autem diebus à matutinis ſolùm, niſi in feſtis duplicibus, & ſupra, & quæ à Populo ſeruātur, ex præcepto, vel voto. In reliquis autem obedien-

riis ſe, ſicut alij Fratres gerunt, hebdomadam faciant, & in tabula notentur ad illam.

---

## INSTITVTIONES LECTORVM
### caſuum conſcientiæ.

IN Lectorem de Zamora, Fr. Gaſparum de Molina, ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Medina del Campo, Fr. Ioannem Duran ex Conuentu de Trugillo.

In Lectorem de Benauente, Fr. Ioannem de Caſtro ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Vitoria, tam Theologię, quam Artiũ cum omnibus gratiis, & priuilegiis, quibus gaudent Lectores Artium Fr. Hieronymum Grez ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Peñafiel, Fr. Bartholomæum del Corral ex Conuentu de Aranda.

In Lectorem de Huete, Fr Petrum Collantes ex Conuentu de Burgos.

In Lectorem de Tordeſillas Fr. Gaſparum Fernandez ex Conuentu de Medina.

In Lectorem de Guadalaxara, Fr. Ioannem Troconiz ex eodem Conuentu.

In Lectorem de S. Sebaſtian, Fr. Blaſium Herreros ex Conuentu de Mazote.

In Lectorem de Aſtorga, Fr. Philippum de las Heras ex Conuentu de Peñafiel.

In Lectorem de Rioſeco, Fr. Didacum Colina ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Yepes, Fr. Ioannem de Loſa ex eodem Conuentu.

In Lectorem de Aranda, Fr. Carolum de Herrera ex Conuentu de Rioſeco.

In

In Lectorem de Ocaña, Fr. Ildephonſum Carcaba ex eodem Conuentu.
In Lectorem de Alcala, F. Petrum Paſtrana ex Conuentu de Carrion.
In Lectorem de Villaeſcuſa, Fr. Emanuelem de Cadenas ex eodem Conuentu.
In Lectorem de Caceres, Fr. Ioannem del Alamo cum diſpenſationibus Lectorum Theologię Scholaſticę ex eodem Conuentu.
In Lectorem de la Vera, Fr. Ioannem de Cabrera, ex Conuentu de Tordeſillas.
In Lectorem del Roſario de Madrid, Fr. Lucam Loarte Preſentatum ex eodem Conuentu.
In Lectorem de Merida, Fr. Hieronymum Roldan ex eodem Conuentu.
In Lectorem de la Coruña, Fr. Hieronymum de Monterroſo ex eodem Conuentu.
In Lectorem de Lugo, Fr. Michaelem Pontero ex Cōuentu de Mayorga.

---

## *INSTITVTIONES VICARIORVM.*

IN Vicarium Regni Galleciæ inſtituimus R. P. Præſentatum, Fr. Ioſephum Gonzalez Priorem Sancti Dominici de la Coruña, cum omnibus gratiis, & priuilegiis in noſtris conſtitutionibus concelsis.
In Vicarium S. Petri dominarum, ſub titulo Prioris F. Hyacintham Meneſes ex eodem Conuentu.
In Vicarium Sancti Raimundi de Potes, ſub titulo Prioris, Fr. Petrum de Inza ex eodem Conuentu.
In Vicarium S. Ildephonſi de Camino, ſub titulo Prioris, Fr. Melchiorem Diaz ex Conuentu de Burgos.
In Vicarium Incarnationis de Vilbao, ſub titulo Prioris, Fr. Ioannem Ruano Pꝛędicatorem Generalem

ex

ex eodem Conuentu.

In Vicarium de las Caldas, F. Didacum Nicolas ex Cõuentu de la Peña.

In Vicarium de Aldeanueua, Fr. Dominicum Arcilla Præſentatum ex eodem Conuentu.

In Vicarium De Velbis, Fr. Ambroſium de Eſpinoſa Præſentatum ex Conuentu de Monbeltran.

In Vicarium de Bejar, Fr. Clementem de Lerma Præſentatum ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Orellana, Fr. Ludouicum de Cardenas ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Cangas de Tineo, Fr. Dominicũ Gullen Præſentatum ex eodem Conuentu.

---

## *INSTITVTIONES SVPRIORVM.*

IN Supriorem de Segouia inſtituimus, Fr. Chriſtophorum Bazan ex Conuentu de Toledo.

In Supriorem de Zamora, Fr. Franciſcum Fernandez ex Conuentu de las Nabas.

In Supriorem de Santiago, Fr. Franciſcum de Caſtro ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Toledo, Fr. Didacum de Contreras ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Pamplona, Fr. Franciſcum de Ibarreta ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Eſtella, Fr. Ioannem Calderon ex Cõuentu de Hita.

In Supriorem de Vitoria, Fr. Franciſcum de Ocariz, ex Conuentu de Lequeitio.

In Supriorem de Toro Fr. Thomam Blanco ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Riuadabia, Fr. Petrum de Aguilar ex eodem Conuentu.

In

In Supriorem de la Coruña, Fr. Ludouicum de la Calzada ex Conuentu de Vibero.

In Supriorem de Santa Marta, Fr. Ioannem de Leyes ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Lugo, Fr. Thomam Salgado ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Peñafiel, Fr. Petrum de Seuilla ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Tui, Fr. Hyacinthum de Lamas ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Ponteuedra, Fr, Ildephonſum Tello ex Conuentu de Hita.

In Supriorem de Sangueſa, Fr. Petrum Ribera, ex Conuentu de Logroño.

In Supriorem de Vibero, Fr. Petrum Suarez ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Nieba, Fr. Gabrielem Martinez ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Villalon, Fr. Ioannem de Abellaneda ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Huete, Fr. Lucam de Torres ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Mayorga, Fr. Antonium de S. Iuan ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Valencia de don Iuan, Fr. Chriſtophorum Ximenez ex Conuentu de Villalpando.

In Supriorem de Tordeſillas, Fr. Gabrielem Florez ex eodem Conuentu.

In Supriorem de la Peña, Fr. Martinum Calderon ex Conuentu de Ciudad Rodrigo.

In Supriorem de Palacios, Fr. Apolinarium de la Torre ex Conuentu de Trianos.

In Supriorem de Ciſneros, Fr. Bernardinum Gomez ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Plaſencia, Fr. Gaſparum Calderon ex Conuentu de Alcala.

In Supriorem de Aſtorga, Fr. Franciſcum Sanchez ex Conuentu de Zamora,
In Supriorem de Auila, Fr. Martinum Yñigo ex eodē Conuentu.
In Supriorem de Saelices, Fr. Ioannem Mena ex eodem Conuentu.
In Supriorem de la Vera, Fr. Ildephonſum Ramos ex eodem Conuentu.
In Supriorem de Carboneras, Fr. Ioſephum de la Ventoſa, ex Conuentu de Huete.
In Supriorem de Guadalaxara, Fr. Franciſcum de Mena ex Conuentu de Talabera.
Inupriorem de Monbeltran, Fr. FranciſcumSanc hez Sx eodem Conuentu.
IneSupriorem de Trianos, Fr. Marcum Garcia ex Conuentu de Carrion.
In Supriorem de Caceres, Fr. Auguſtinum de Arce ex eodem Conuentu.
In Supriorem de Atocha, Fr. Petrum Gonzalez ex eodem Conuentu.
In Supriorem de Ocaña, Fr. Didacum de las Caſas ex Conuentu Roſarij Matritenſis.
In Supriorem de Aranda, Fr. Benitum Palenciano ex Conuentu de Cifuentes.
In Supriorem de las Nauas, Fr. Petrum de la Serna ex eodem Conuentu.
InSupriorem de Alcala, Fr. Ioanem de las Cu ebas ex Conuentu de Huete.
InSupriorem deVillalpando, Fr. Hyacinthum de laRoza ex eodem Conuentu.
In Supriorem de Merida, Fr. Saluatorem Merino ex eodem Conuentu.
In Supriorem de Tabara, Fr. Hyacinthum de Noboa ex eodem Conuentu.
In Supriorem S. Thomæ Matritenſis, Fr. IoannemGōzalez ex eodem Conuentu.

In ſupriorem de Yepes, Fr. Hyacinthum de Llanos ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Azpeitia, Fr. Antonium de S. Martin ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Santillana, Frat. Ildephonſum Nabarro ex Conuentu de Villaeſcuſa.

In Supriorem de Madridejos, Fr. Emanuelem de Velaſco ex eodem Conuentu.

In Supriorem del Roſario de Madrid, Fr. Ioannem de Alegria ex Conuentu de Toro.

In Supriorem de Rojas, Fr. Ioannem Gomez ex Conuentu de Aſtorga.

In Supriorem de Ouiedo, Fr. Leonardum de Valdes ex eodem Conuentu.

In Supriorem de Orenſe, Fr. Chriſtophorum de Rojas ex Conuentu de Valladolid.

In Supriorem de Betanzos, Fr. Ioſephum Ceruantes ex Conuentu de Hita.

In Supriorem de S. Saturnino, Fr. Michaelem Rodriguez ex Conuentu de Ponteuedra.

---

## CONFESSORES, ET PROCVRATORES *Monialium.*

IN Conuentu S. Dominici Regalis Matritenſis, in Confeſſores, Fr. Dominicum Barela ex eodem Cōuentu, Fr. Petrum Palomeque ex Conuentu de Toledo, Fr. Hieronymum Lopez ex Conuentu de Segouia; in Procuratorem, Fr. Petrum Coſio ex eodem Conuentu.

In Conuentu S Dominici Regalis Toletani in Confeſſores, Fr. Hieronymum de Vrbina, Prędicatorem Generalem ex eodem Conuentu, Fr. Thomam Vazquez ex eodem Conuentu, in Procuratorem, Fr. Emanue-

nuelem Garcia ex eodem Conuentu.

In conuentu Sanctæ Catherinæ Matritenſis in cõfeſſorem, Fr. Ildephonſum de Paz, Prædicatorem Generalem ex eodem conuentu, in Procuratorem Fr. Mathæum Gutierrez ex conuentu Sancti Dominici Regalis Matritenſis.

In conuentu de Ieſus Maria de Toledo prouideat R. A. P. Prior Toletanus pro tempore.

In conuentu Matris Dei Toletano in confeſſorem Fr. Gundiſaluum Serrano, in Procuratorem, Fr. Didacum Garcia ex eodem conuentu.

In conuentu Sancti Dominici de Caleruega in confeſſorem, Fr. Antonium Olmedo, in Parrocham Frat. Marcum de Acuña, in Procuratorem Fr. Ioannem de Paternina ex eodem conuentu.

In conuentu S. Spiritus de Toro, in confeſſorem Fr. Andræam Gonzalez ex conuentu Regali Metinenſi in Procuratorem Fr. Ioannem Garcia ex conuentu de Alcala.

In conuentu de Aldeanueua, in confeſſorem Fr. Mathæum Gomez, in Parrochum F. Ioannem Belinchon ex eodem conuentu, in Procuratorem Fr. Ioannem de Huerta ex conuentu de Majote.

In conuentu de Majote, in confeſſorem Fr. Martinum Lario; ex conuentu S. Spiritus Taurenſi, in Procuratorem F. Michaelem de Ortega ex conuentu Sancti Dominici Segouienſi.

In conuentu S. Catherinæ de Valladolid, in Procuratorem Fr. Didacum Lozano ex eodem conuentu.

In cõuentu de la Penitencia de Valladolid, in confeſſorem, & procuratorem Fr. Petrum de Acoſta ex eodem conuentu.

In conuentu de la Caſa de la Reyna, in confeſſorẽ Fr. Michaelem Diaz, ex conuentu de Salamanca, in Procuratorem F. Petrum Miguel ex eodem conuentu.

In conuentu Pietatis de Palencia, in confeſſorẽ, &

pro-

Procuratorem Fr. Dominicum Fernandez ex eodem conuentu.

In conuentu de la Real de Medina, in confeſſorem Fr. Hyacinthum de Montemayor ex conuentu Sancti Dominici Matritenſis.

In Procuratorem Fr. Thomam Ramos ex conuentu de Medina del Campo.

In conuentu Sancti Dominici Regalis de Segouia in confeſſorem, & Procuratorem, Fr. Ioannem Sanchez ex conuentu de Zamora.

In conuentu Sanctæ Catharinæ de Ocaña, in confeſſorem, & procuratorem Fr. Didacum Sanchez ex conuentu de Guadalaxara.

In conuentu de Villamaior, in confeſſorem, & procuratorem Fr. Franciſcum de Lorca, ex eodem conuentu.

In conuentu de Belmonte, in confeſſorem Fr. Ioannem de los Pinares, in procuratorem Fr. Mathæum Cortes ex eodem conuentu.

In conuentu de Velbis Compoſtellano, in confeſſorem Fr. Auguſtinum de Villarroel ex eodē conuentu.

In conuentu de la Noba de Lugo, in confeſſorem Fr. Ioſephum Gutierrez ex conuentu de Plaſencia.

In conuentu de Vibero, in confeſſorem, & procuratorem Fr. Iōannem Rios ex eodem conuentu.

In conuentu S. Spiritus de Benauente, in confeſſorem, & procuratorem Fr. Antonium de San Vicente ex eodem conuentu.

In conuentu de Cangas de Tineo, in confeſſorem, & procuratorem Fr Ioannem de la Torre ex eodem conuentu.

In conuentu Incarnationis de Plaſencia prouideat R. P. Prior Placentinus pro tempore.

In conuentibus de Quixana, Lequeitio, & Hermua, prouideat R. P. Prior Victorienſis, pro tempore.

Omnibus autem Fratribus hic nominatis, in Suprio
 res,

res, confeſſores, parrochos, & procuratores Monialiũ Vicarios, Lectores caſuum conſcientiæ, & in alia quę cumque officia, præcipimus in virtute Spiritus Sancti Sanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, quod intra menſem à notitia prçſentium ſe præſentent conuẽtibus, ſeu Monaſteriis, quibus deſignantur, vt ſua exequantur officia. Vicariis autem, confeſſoribus, Parrochis, & procuratoribus Monialium, nunc in eiſdem cõmorantibus ſub eodem præcepto mandamus, vt indè non recedant, vſque dum eorum ſucceſſores præſentes fuerint, & tunc ad conuentus, in quibus ſunt aſsignati, reuertantur.

---

## *NOMINA FRATRVM DEFVNCTORVM, QVI à præcedenti congregatione obierunt.*

In conuentu Sanctæ Crucis Regalis Segouienſis obiit Fr. Ioannes de Sancto Thoma S. cum opinione virtutis: Fr. Franciſcus de Soto Laicus: Fr. Petrus de Palacios Laicus.

In conuentu Sancti Pauli Palentini Fr. Vincentius Sanchez S. & P. A. F. Hyacinthus de Carriõ S. & P. A.

In conuentu S. Petri Martyris Toletani Fr. Ioannes Cortecedo Præſentatus, cum opinione virtutis S. & P. A. Fr. Ioannes Baptiſta de Isla Prædicator conuentus: Fa. Raymundus de Baños S. Fr. Antonius de la Purificacion Laicus.

In conuentu S. Pauli Burgenſis Fr. Franciſcus Collantes S. Fr. Benitus Galan S. Fr. Franciſcus de Peſquera Acolitus.

In conuentu S. Stephani Salmanticenſis Fr. Thomas de Torquemada Præſentatus, nonagenarius, cũ opinione virtutis. Fr. Ioannes Velazquez prædicator Generalis S. & P. A. Fr. Franciſcus de Mondexar S. & P, A.

P.A. Fr. Didacus Ximenez S. & P. A. Fr. Ioannes de Valera S. & P. A. Fr. Guillermus Quirino S. F. Franciſcus Garcia S. Fr. Ioannes de Mercadillo Subdiaconus: Fr. Ferdinandus Rodriguez Acolitus: Fr. Hyacinthus Muñoz Laicus octoagenarius: Fr. Stephanus de Santo Domingo Laicus: Fr. Ferdinandus de los Santos, Laicus octoagenarius, cum opinione virtutis.

In conuentu de Pamplona Fr. Dominicus Huarte S. Fr. Ioſephus Corta Acolytus.

In conuentu de Eſtella, F. Dominicus Vidondo Laicus nonagenarius.

In conuentu Sancti Pauli Vallis-Oletani R. A. P. Magiſter Fr. Ioſephus Perlines, quondam prouincialis. R. A. P. Magiſter Fr. Gaſpar Ruiz primariæ cathedræ Vniuerſitatis moderator. Fr. Petrus Valdes S. & P. A. Fr. Michael de Aluarado S. Fr. Andræas Pintado S. Fr. Dominicus Garcia S. Fr. Hyacinthus de la Fuente S. Fr. Petrus de Villodas S. & P. A. Fr. Chriſtophorus Caſtaño Laicus: Fr. Lucas Pelaez Laicus, quidam Nouitius.

In conuento de Benauente Fr. Antonius de Caſtro S. Fr. Thomas Moran S. Fr. Didacus Mathæos Suprior conuentus.

In conuentu de Toro Fr. Hyacinthus Tabladillo S. & P. A. cum opinione virtutis, & miræ patientiæ in infirmitatibus: Fr. Ioannes de Salaçar Acolytus.

In conuentu de Vitoria F. Petrus de Iraola S. & P. A.

In conuentu de Lugo Fr. Gaſpar Gayoſo S. & P. A.

In conuentu de Leon Fr. Hyacinthus Brauo S. & P. A.

In conuentu de Piedrahita Fr. Antonius Ximenez S. & P. A. ſeptuagenarius: Fr. Ioannes Gonzalez laicus

In conuentu de Medina del campo Fr. Martinus de S. Iuan S. Fr. Emanuel Aluarez Laicus: Fr. Antonius de las Nabas Laicus.

In conuentu de Nieba Fr. Ioannes Lancha Suprior conuentus: Fr. Dominicus Rodil Subdiaconus: Fr. Il-

dephon

Ildephonſus Ximeno Laicus.

In conuentu de Valencia de donIuan Fr. Didacus Bahamonde S.

In conuentu de Trugillo Fr. Hieronymus Diaz prædicator conuentus: Fr. Ioannes Zaballos S.

In conuentu de *P*laſencia Fr. Antonius de Torres præſentatus, & prædicator generalis: Fr. Antonius de Salazar prædicator generalis: Fr. Ioannes Martinez S. Fr. *P*atricius Moran S. Fr. Antonius Sanchez Diaconus, Fr. Ioannes Duran Laicus.

In conuentu de Abila Fr. *P*etrus del Campo S. Fr. Ioannes de Yſasi Lector Artium.

In collegio S. Gregorij Vallis Oletani Fr. Ioanes del Corral Mag. ſtudentiũ, Fr. Bartholomæus FerrerS.

In conuentu de Guadalaxara Fr. Ioannes de Almogabar præſentatus, & prædicator generalis.

In conuentu de Trianos Fr. Franciſcus Garcia Lector Theologiæ: F. Ioſephus Montenegro Lector Artium: Fr. Raphael Sequeros S. F. *P*etrusZebria Laicus.

In conuentu de Talauera Fr. Ioannes de Morales S. & *P*. A. F. Ludouicus *P*erez S. F. *P*etrusCaluete Laicus.

In conuentu deCaceres F. Bartholomæus AlfonſoS.

In conuentu de Atocha Fr. Thomas de Fonſeca, Suprior conuentus: Fr. Thomas Garay Lector Theologiæ: Fr. Thomas de Arellano S. & *P*. A. cum opinione virtutes, & ſingularis pacientiæ in infirmitatibus: Fr. Auguſtinus de Haro prædicator generalis: Fr. Emanuel Calleja prædicator conuentus: Fr. Thomas Brauo S. & *P*. A. F. Antonius Guerrero S. F. Adrianus de Fuẽtes S. F. Ioannes Reuelo S. F. Franciſcus de Humonte S. Fr. Didacus Tixerina S. F. Ioannes de Mendoza, ſubdiaconus: Fr. Emanuel Sanchez ſubdiaconus quidam Nouitius.

In conuentu de Ocaña Fr. Gregorius Candenas S. & *P*. A.

In conuentu de Vilbao Fr. Ioannes del Rio prædi-

cator

cator conuentus: *Fr*. Dominicus Cauallero *S*.

In collegio *S*. Thomæ Complutenſis *Fr*. *I*ldephonſus Lopez *S*. *Fr*. Balthaſar Robledo *S*.

*I*n conuentu de Galiſteo *Fr*. *I*oannes Valades *S*. *Fr*. *I*oannes Baptiſta *S*. *Fr*. *I*ldephonſus de *S*ancto Thomas *S*. nonagenarius.

In conuentu de ſan *S*ebaſtian *Fr*. *I*ldephonſus Cano Magiſt. & *P*rior conuentus. *F*. *F*ranciſcus Chabarria *S*.

*I*n conuentu de Villaeſcuſa *Fr*. *F*ranciſcus Noguerol *S* octoagenarius: *F*. Hyacinthus *P*ardo *S*. nonagenarius: *Fr*. *I*oſephus de Garci *S*anchez *S*. *Fr*. *I*oannes Lopez *S*.

In conuentu de Aranda *Fr*. Dñicus de *S*. Thoma *S*.

*I*n conuentu de Rioſeco *Fr*. Ioannes Garroes prædicator conuentus: *Fr*. Hyacinthus de *S*. *P*ablo ſeptuagenarius.

In conuentu de Lerma *F*. *I*oannes del Caſtillo prior conuentus.

*I*n conuentu de *S*. *S*aturnino F. Emanuel Morato *S*.

*I*n conuentu *S*. Thomæ Matritenſis Fr. Ioannes de *S*ouſa Magiſter, & prædicator Regius: *Fr*. Dominicus Rico *S*. & P. A. Fr. *P*etrus Liñan *S*.

In conuentu de Yepes *Fr*. *F*elix de *P*alacios *S* octogenarius: *Fr*. Ludouicus Caſcales *S*. ſeptuagenarius.

*I*n conuentu de Madridejos *Fr*. *I*oannes Ruiz prior conuentus.

In conuentu *P*aſsionis Matritenſis *Fr*. *P*etrus *E*ſcobedo *S*.

*I*n conuentu de la Vera quidam Nouitius.

*I*n conuentu de la *P*eña de *F*rancia *Fr*. *I*oannes Limon S.

*I*n conuentu de *S*angueſa *F*. Hyacinthus Manurga S.

In conuentu *S*. Dominici Compoſtellani *Fr*. Ioſephus *S*omoça *S*.

In conuentu de Valuerde *F*. Ildephonſus *S*andin *S*. centenarius.

*In* conuentu de Logroño *Fr.* Thomas de S. *Iuan* Laicus.

*In* conuentu de Tui *Fr.* Antonius Aluarez præſentatus, & prædicator Generalis.

*In* conuentu de Hita *Fr.* Antonius de Molina *S.* & *P.* A. *Fr. I*oannes Angulo S. & *P.* A.

---

## *NOMINA SORORVM, QVÆ A PRÆCEDENti Congregatione obierunt.*

IN conuentu *S.* Dominici Regalis Matritenſis ſoror Antonia de Lago centum & triginta annorum: ſoror *I*nes de Riaño centum & duodecim annorum, ſoror Maria Enriquez octagenaria, ſoror Luiſa de Auila ſeptuagenaria, ſoror Manuela de *S*euilla.

*In* conuento ſancti Dominici Regalis Toletani, ſoror Magdalena de Orduña cum opinione virtutis, ſoror Mariana *P*antoja prioriſa, cum opinione virtutis, ſoror Elena de Quiroga, cum opinione virtutis, ſoror Eluira Hurtado nonagenaria, cum opinione virtutis, & noſtrarum conſtitutionum obſeruatrix integerrima ſoror Antonia de Mendoza, ſoror Maior de *S*oto, ſoror Catherina Quiroboan, ſoror Cecilia de Buſtos.

*In* conuentu Matris Dei Vallis-Oletani ſoror Antonia *P*inedo octoagenaria, ſoror Agreda de la Fuente.

*In* conuentu de Aldeanueua ſoror Maria de ſan *Io*ſeph, ſoror Maria de ſan *P*edro Apoſtoli, ſoror Maria de ſan *I*ldephonſo.

*In* conuentu de Ocaña ſoror Maria de *S*otomayor, ſoror Maria de ſan Bernardo, ſoror Luiſa de Haro.

*In* conuentu de Benauente ſoror Ana Blanco, ſoror Elena del Angel, Laica.

*In* conuentu de ſan *S*ebaſtian el Antiguo, ſoror Ana de ſan *G*eronimo, ſoror Catherina de Aliri, ſoror Catheri-

therina de Sena, ſoror *I*ſabel de Chriſto octoagenaria, ſoror Maria de ſan *I*oſeph, Laica, ſoror Stephania de la Aſſumpcion, Laica.

*In* conuentu de Lequeitio ſoror Magdalena de ſancto Thoma octoagenaria.

*In* conuentu de Auila ſoror *F*ranciſca Ortiz. cum opinione virtutis, quædam nouitia.

*In* conuentu de Vitoria ſoror Maria *C*aicedo centenaria, ſoror Maria de ſan *I*acinto nonagenaria, ſoror Luiſa Caicedo octoagenaria, ſoror Cecilia de Arambu ro ſeptuagenaria, ſoror Ana Ladron de Gueuara.

*In* conuentu de Alcala ſoror Ana Ramirez de Arellano, centenaria. ſoror Iuana Luiſa de Guzman nona genaria, ſoror Clara de ſan *I*oſeph ſeptuagenaria cum opinione virtutis.

*In* conuentu ſanctę Catharinæ Matritenſis, ſoror Eliſabet de Ochoa, ſoror Geronima del Roſario.

*In* cõuentu de Palencia ſoror Hyacintha de *C*apillas.

*In* conuentu de Vilbao ſoror Maria de la *S*oledad, ſoror Eliſabeth de Chriſto octoagenaria, ſoror Maria de ſan *I*oſeph octoagenaria.

*In* conuentu de Majore ſoror *I*nes Madaleno.

*In* conuentu de la Real de Medina ſoror Beatriz Enriquez, ſoror Maria de Mercado, ſoror Agatha de Neira cum opinione virtutis.

*In* conuentu de Bejar ſoror Maria de Monte cœli.

*In* conuentu ſancti *I*acobi de Zamora ſoror Magdalena de Acoſta octoagenaria, ſoror *S*ebaſtiana de *F*uētes

*In* conuentu dominarum de Zamora ſoror Catherina de la Madre de Dios, ſoror Beatriz de Almãza Laica.

In conuentu de Olmedo ſoror Ana Bazan octoagenaria, ſoror *I*nes de Neira, ſoror *C*atherina Galdo, ſoror Magdalena de ſanto Domingo, Laica.

*In* conuentu *I*eſus Marię Toletano ſoror Maria de *I*eſus octoagenaria, eximiæ virtutis, quæ per ſpacium quinquaginta, & quatuor annorum, nuſquam exuta veſti-

veſtibus cubitauit, & ardenti charitate ęſtuans marty. rij continuo flagrabant deſiderio, ſoror Eliſabeth de ſan *I*uan ſexagenaria, ſoror *I*oſepha del Roſario, ſoror Gabriela de la Encarnacion, quędam Nouitia.

*I*n conuentu de Lerma ſoror Catherina Pareja, cũ opinione virtutis, ſoror Catherina de *I*eſus Maria.

*I*n conuentu de *S*alamanca ſoror Maria de Toledo ſoror Ana de Caſtro, ſoror Maria Nieto, ſoror Damiana de Paz, ſoror Maria de Chriſto.

*I*n Conuentu de Caleruega ſoror Andræa de Gamarra, ſoror Laurentia de ſanta Ana, cum opinione virtutis, ſoror Maria de Quemada nonagenaria cum opinione virtutis, & ſingulari paciencia in infirmitatibus, *Fr. S*ebaſtianus Diaz procurator conuentus.

*I*n conuentu de Tudela, ſoror Ana Maria de la Reſurreccion, ſoror Magdalena de Chriſto, cum opinione virttutis, ſoror *I*nes de la *C*oluna, centenaria, cum opinione virtutis.

*I*n conueutu *S*. *S*piritus de Toro ſoror Eliſabet Vinagre.

*I*n conuentu ſanctæ Catherinæ de Toro ſoror Lucia de Moran.

*I*n conuentu de Maiorga ſoror Barbara *S*uarez, cũ opinione virtutis, ſor or Hyacintha Cantarino nonagenaria Laica.

*I*n conuentu de Belmonte ſoror catherina de Carrion, ſoror *S*abina de ſan *I*oſeph Laica, ſoror *F*ranciſca de la *C*ruz Laica.

*I*n conuentu Compoſtellano de Velbis ſoror *I*oanna de Valboa centenaria, ſoror Ana Pimentel centum, & decem annorum, cum opinione virtutis.

*I*n conuentu de *S*egobia ſoror Maria del Canto, ſo- Antonia Aluarez, ſoror Elena Gonzalez, ſoror Maria de *I*eſus.

*I*n conuentu de Plaſencia ſoror Magdalena de Cuebas, cum opinione virtutis.

*In*

In conuentu de Orellana, ſoror Maria de Santo Thomas.

In conuentu de las Paxardas de Medina ſoror Euphemia de Mercado priorita, ſoror Ana de la Ribera, ſoror Maria de Solorçano, ſoror Thomaſa de Montoia.

In conuentu de Portaceli de Valladolid ſoror Catherina de ſancto Domingo ſeptuagenaria, ſoror Franciſca de ſan Geronimo.

In conuentu de Lugo ſoror Polonia Zaballos.

In conuentu de Trugillo ſoror Ana de Santa Getrudix.

In cōuentu de Benauente ſoror Bernarda Pabō.

---

## *SVFFRAGIA PRO VIVIS.*

PRO Sanctiſsimo Papa noſtro Alexandro VII. & pro fœlici ſtatu totius Eccleſiæ quilibet Sacerdos vnam Miſſam.

Pro Catholico, & Inuictiſsimo Rege noſtro Philipo Quarto, Regina, & Principe, omnique prole Regia Q.S.V.M.

Pro Eminentiſsimo domino D. Balthaſaro de Moſcoſo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Archiepiſcopoque Toletano inſigni noſtro benefactore Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo domino D. Ludouico Mēdez de Haro, totius noſtræ Religionis magnifico benefactore Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Ducibus de Lerma, noſ-

træ Prouinciæ Patronis,& ſingularibus benefacto ribus noſtris Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Comitibus de Benauente & tota Familia Benauentana, ob ſingularem affe- erga Ordinem noſtrum.Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimis Marchionibus de Aſtorga,ob ſpecialem beneuolentiam ad Ordinem noſtrum Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo domino D. Epiſcopo Oxomenſi Q.S.V.M.

Pro Illuſtriſsimo,& Reuerendiſsimo domino D. Epiſcopo Segouienſi,& domino D. Franciſco de Arauxo ex ordine noſtro aſſumptis Q.S.V.M.

Pro Reuerendiſsimo P.N.Generali Q.S.V.M.

Pro Reuerendiſsimo P. Magiſtro Frat. Ioanne Martinez Catholicæ Maieſtatis à ſacris confeſsionibus,& Supremi Sanctæ Inquiſitionis Senatus à conſilijs Q.S.V.M.

Pro nobiliſsima Ciuitate Taurenſi,vbi benigna liberalitate hoc noſtrum capitulum receptum eſt, & pro quibuſcumque benefactoribus noſtræ Prouincię,& Capituli Q.S.V.M.

Pro nobiliſsima Ciuitate Emeritenſi, a qua iam pridem noſter Conuentus magnificentiſsimas rece pit eleemoſynas,continuo recipit,& in dies maiores forè recipiendas ſperamus Q.S.V. M.

Pro fœlici ſtatu Ordinis noſtri,& huius Prouinciæ incremento,& pro R.A.P.N.Vicario Generali Q.S.V.M.

---

*SVFFRAGIA PRO MORTVIS*

PRO Beatiſsimo Papa noſtro Innocencio X. Q.S.V.M.

Pro

Pro Catholico Rege noſtro Philippo Tertio, noſtri ordinis benefactore, & pro Regina noſtra domina Eliſabetha de Borbon, & pro ceteais Hiſpaniæ Regibus Catholicis Q. S. V. M.

Pro Excellentiſsimo, & Eminentiſsimo Cardinali Duce de Lerma, huius noſtræ Prouinciæ ſpeciali Patrono, & totius Religionis, vniuerſali benefactore Q. S. V. M.

Pro Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo domino D. Fr. Petro de Tapia Archiepiſcopo Hiſpalenſi Q. S. V. M.

Pro fratribus, & ſororibus defunctis, qui à præcedenti congregatione obierunt, & pro omnibus benefactoribus noſtris Q. S. V. M.

Concedit R. A. P. N. Vicarius Generalis, omnibus Fratribus, & Sororibus huius Prouinciæ, quod expoſitum alias Confeſſorem, ſemel tantum eligere valeant, à quo de prẹteritis caſibus, & cẽſuris, quas vſque ad præſentium notitiam incurrerunt, abſolui queant, ſicut poterant ab ipſo R. A. P. N. Vicario Generali.

Sententias iudicum approbamus, & aſsignamus, congregationem futuram celebrandam in conuentu Sancti Dominici Benauentani, Dominica Deus qui errantibus. Die 8. Maij. Anno Domini 1661

Omnem noſtram authotitatem diffinitiuam, reſeruamus vſque ad feriam tertiam incluſiuè, eamq; ex tunc committimus R. A. P. N. Vicario Generali, vt poſsit demere, vel addere quidquid ſuo arbitrio expedire iudicauerit. Et his actis ſcriptis, vel impreſsis, manu R. A. P. N. Vicarij Generalis, & ſigillo munitis, omnimodam fidem adhiberi volumus.

mus. Datis in noſtro Conuentu Sancti Ildephonſi Regalis Taurenſis. Die 8. Maij. Anno Dñi 1659.

*Fr. Franciſcus de Aragon,*
*Vicarius Generalis.*

*Fr. Andreas Carillo,*
*Magiſter, & 1. Diffinitor.*

*Fr. Ioannes Sanchez,*
*Magiſter, & 2. Diffinitor.*

*Fr. Ioannes de la Cruz*
*Magiſter, & 3. Diffinitor.*

*Fr. Eugenius de Mora Paſſar montes Mag. & 4. Diffinito.*

Fr. Fran.cus de Aragon
Vic.us Glis